

8

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Polonia, Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia, Masovia,
Samogitia, Kijovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia, Czernichovia: Etc.

Significamus presentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et Singulis. Nihil aequi consentaneum Regia amplitudini, et congruum censemus, quam ut Eos, Quos constans de Nobis et Republica merendi studium, promptissima ad obsequendum voluntas, integra in Nos fides, ac singularia merita abunde commendant, debitis praemiemus honoribus, ea enim ratione et reliqui ad Virtutis comitem gloriam excitantur, et si quibus Virtus premia peperit, ad quae vis Nobis praestanda obsequia alacriores reddantur; hinc facendum esse duximus vacantem ad praesens Dapiferatum Terra Drohicensis in Palatinatu Podlachia post decessum Generosi Ignacij Ciecierski Privilegiati Dapiferi immediate vita functi, Generoso Victorino Kuczynski Subdapifero ejusdem Terra, Cujus merita in Nos et Rem Publicam perspecta sunt, daremus, et conferemus, prout quidem damus et conferimus presentibus Literis Nostris. Quod quidem munus Dapiferatus Terra Drohicensis cum omnibus Juribus, Prerogativis, et immunitatibus, ac obventionibus huic Muneri de Lege praescripta servientibus, tenebit, habebit ad caetera Vita sua tempora, vel majoris alicujus Dignitatis assumptionem; Quod omnibus Quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitarijs, officialibus, ac toti Nobilitati Palatinatus Podlachia, Terrae Drohicensis ad notitiam deducentes, mandamus, ut praefatum Generosum Victorinum Kuczynski, ab hinc pro vero, legitimo, ac indubitato Dapifero Terra Drohicensis habeant et agnoscant, Eiq; de loco, titulo, prerogativis, immunitatibus, et obventionibus, huic Muneri de Lege, vel consuetudine servientibus respondeant, et ab alijs responderi curent, pro gratia Nostra. In quorum fidem praesentes Manus Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varaviae Die IX Mensis Octobris Anno Domini MDCCXLVI. Regni vero Nostris III. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Hujus Privilegij in Castro Regio Drohicensi,
Terra Sesta per Decem Sanctae Catharinae Virgi-
nis et Martyris prostrata Anno Domini 1766to sub
seuta Oblati. *Allosimili*



Munus Dapiferi Terra Drohicensis in
Palatinatu Podlachia, post fata Generosi
Ignacij Ciecierski, Generoso Victorino
Kuczynski Subdapifero Terra ejusdem
confertur.

Antonius Sierolski S. R. M. S.
et Sigilli Regni Secretarius

Pro Cancellariatu

Illrmi et Rndrmi Domini Andree
Stanislai Kestka Młodziejewski
Pro Cancellarij Regni

Sigillatum

461



RXP 1224/5